



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Henrico III. Christianissimo Regi Francorum Et Navarræ. Hieronymvs
Dandinvs Felicitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)



HENRICO IIII. CHRISTIANISSIMO

REGI FRANCORVM ET
NAVARRÆ.

HIERONYMVS DANDINVS
FELICITATEM.



*V*Æ olim in tua Parisiensi Academia à me disputata sunt de Anima & Corpore humano, ea tibi, Rex Christianissime, multò ante debita, nunc tandem restituo, dicoque Maiestati tuæ. Atque utinam eiusmodi hæc essent, ut quàm Tu facile virtutis bellicæ gloria Alexandrum refers, tam ego feliciter Aristotelem representare possem: multò sanè dignior mihi convenientia tecum foret, cur minimus Philosophantium interpellare Regum Maximum auderem. Sed quam ego convenientiam sperare ab ingenij mei tenuitate non potui, eam ab excessitate humanitatis tuæ impetraturum me esse confido. Notum iam est, nosque hæc etiam nota nobilitatos plurimum intelligimus, societatis Homines in Galliarum Regis potentissimi & optimi patrocinio esse, in eiusque complexu benignitatis felicissime conquirere. Hæc vero tui facilitas animi, qua in nostram familiam tam amanter ac serio propendes, quasi in nobis dignum te aliquid reperire videaris, non dubito quin muneribus etiam in nostris nonnihil accommodatum Tibi ingeniosè reperiet, vilique pretium operi per se faciet. Quamquam vile non est, quia Aristoteles demum est: nec vile in posterum erit id, quod à me in Aristotelem additum est, quia Henrici Galliarum Regis erit. Ideoque qui Te meque ac munus inspiciet, non in commode fortasse interpretabitur ad Alexandrum mitti debuisse Aristotelem, egregieque selectans esse de Anima disputationem ab ijs, qui Regi ac Parenti munificentissimo hoc veluti symbolo debere se Animam testatum omnibus volunt. Vale.